



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Prædictio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

in limine ostij stat: tum surgens ab oratione Philippus piacularis aquæ aspersione dæmonem ab eo etiam loco fugauit magno cū solatio morientis, qui lætus effectus nullum faciebat agendi gratias Deo, Beatoq; Patri modum: ea verò molestia, horribilique visu non modò in præfens, sed etiam in posterum liberatus, magna cum animi tranquillitate è vita migravit Kal. Aprilis.

*Prædictio.*

**E**odem anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, duo ex eius filiis spiritualibus Franciscus,<sup>a</sup> & Iohannes Baptista Saracenus Religioni S. Dominici se addicere decreuerant: id ubi Philippus rescivit, Iohannes Baptista (dixit) sacro induitushabitu eos in virtute processus efficiet, vt ad ultimum usq; diem inscepto genere vitæ cum laude persistat. Franciscus, quæ humana fra-

<sup>a</sup>  
*Id sacramentum firmavit, qui interfuit Aloysius Amis Gallus. Hoc ipsum alius annis B. Patris notissimum est.*

gilitas

gilitas est , labore victus, dæmone  
follicitante, exuta Religiosorum ve-  
ste Ægyptum repetet: nec euentus  
defuit. De hoc ipso Ioan. Baptista  
narrauit ille Dominico Saraceno,  
eius faciem ab se eximio quodam  
fulgore coruscantem conspectam  
fuisse: is itaque iij Kal. Maias Domi-  
nicanæ adscriptus familiæ , Petri  
Martyris nomen induit, atq; apud  
socios auctoritatis habuit plurimū,  
Generalis locum tenuit ordinis  
Vicarius renunciatus, deceffitque  
sanctè, pieque.

*Alumnum in morte mirabiliter adiuuat.*

**H**Abebatur eodem anno inter  
Philippi filios iuuenis quidam  
Gabriel Tana ortu Mutinensis: hic  
inter Aulicos Ioannis <sup>a</sup> Cardinalis  
Politiani magna cum vitæ integri-  
tate viuebat, bis per hebdomadam  
peccata confitens , Eucharistia-  
que saluberrimo sese cibo reficiens:  
cumque sic vitam institueret, inci-

dit

<sup>a</sup>  
Eius rei hi-  
storiā qui  
adfuit Ia-  
cobus Mar-  
mitta Ita-  
lice cōscri-  
psit. Inter-  
fuere eidē  
sp. et aculo  
quot è Phi-  
lippi schola  
erant, quo-  
rum maior  
pars hodie  
superstes  
est.